

I.

Nobilis Albertus Lavince gloria, Magni
Doctrinâ sibi qui nomen adeptus erat,
Scribendi satias quando illum ceperat olim, 2
Albertum in libris quaerite, fessus ait.
Hoc, Zeilere, potes dudum quoq; dicere Nobis,
Tanta est librorum copia facta Tibi.
Quin, si quis, quis sis, velit ex me discere, dicam:
Zeilerum in libris quaerito, certus eris.
Certus eris, quod sit novus ille Adamantius, Orbis
Oraculum, Patriæ gloria summa suæ.
Pervolitat libros omnes is perq; volutat,
Et compendifacit quæq; notanda suis.
Invenies plura heic, dicam, quam quaerere possis;
Unus Zeilerus Bibliotheca mihi est.
Huic ego si vitam precor, ut precor, atq; salutem,
Sic toti mundo commoda mille precor.

2 ap. Ioh. Ioh. Pontan.
de Sermon. l. 6. c. 40

Petrus Francus, Silufianus,
P. Saxo-Coburgicus in
Gleussen.

II.